Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ce hostia pomerij clausa sunt; et nemo nos ui-
det. Quam obrem assentire nobis; et commisce
nobiscum. Quod si noluis dicemus testimo-
nium contra te q̃ fuit tecum iuuenis, et obhac
causam emiseris puellas a te. Ingemuit su-
sanna et ait. Angustie sunt mihi undiq; Si
enim hoc egero mors mihi est; si autem non e-
gero non effugiam manus uras. Sed melius
est mihi incidere absq; ope in manus uras; q̃
peccare in conspcu domini. Et exclamauit uo
ce magna susanna. Exclamauit autem et se-
nes aduersus eam. Cum autem audisset clamo-
rem in pomerio famuli domus; irruerunt per
postiicum ut uiderent quid nam esset. Postquã
autem senes locuti sunt; erubuerunt serui ue-
hementer; quia nunq̃ dictus fuerat sermo hui-
cemodi de susanna. Et facta est dies crastina. Cu-
q; uenisset ppls ad uirum eius ioachym; uenerũt
et duo pbri plenj iniqua cogitacõe aduersus susã-
nam ut condempnarent eam. Et dixerunt coram
ppl̃o. Mittite ad susannam filiam helchie uxo-
rem ioachym. Et statim miserunt. Et uenit cũ
parentibus et filijs; et uniuersis cognatis suis.
Flebant igitur eam; et omnes qui nouerãt eã.
Consurgentes autem duo pbri in medio ppli;
posuerunt manus sup caput eius. Que flens